



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Decretum de Canonicis scripturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

gitimè cōgregata, in ea præsidentib. eisdē tribus Apostolice Sedis legatis, intelligēs multos Prælatos ex diuersis partib. accinctos esse itineri, nō nullos etiam in via esse, quo hic veniant; cogitansq; omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda, eò maioris apud omnes existimatio-
nis, et honoris videri posse, quo maiori fuerint,
et pleniori Patrū consilio, et præsentia sanc-
ta, et corroborata, statuit, et decreuit futurā
Sessionem post præsentem celebrandā esse die
Iouis, quæ subsequetur Dominicā Lætare, pro-
ximè futuram: interim tamen nō differri dis-
cussionem, et examinationē eorū quæ ipsi Sy-
nodo discutienda, et examinanda videbūtur.

SESSIO QVARTA,
CELEBRATA DIE VIII. MEN-
SIS APRILIS,
M. D. XLVI.

Decretum de Canonicis scripturis.

Sacrosancta ecclæmenica, et generalis Tri-
dætina Synodus, in Spiritu sancto legitimè
congregata, præsidentibus in ea eisdem tri-
bus Apostolice Sedis Legatis, hoc sibi perpetuò
ante oculos proponens, ut sublati erroribus,
purias ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur:
quod promissū ante per Prophetas in Scripturis
sanctis, Dominus noster Iesus Christus, Dei fi-
lius, proprio ore primū promulgauit, deinde per

suos

a Marc.
vlt.

b In Can.
Apost. ca.
84.
Innec. i.
epi. 3. c. 7.
Gelas in
Conc. 70.
epi. Cōc.
Laod. c. 55
Concil.
Carth. 3.
cap. 47. c.
sancta
Rō. dist.
15. & fin.
epist. Eu-
gen. in
Cōc. Flo-
rent. ad
Arme-
nos.

*iusq; Apostolos tanquam fontem omnis, & sa-
lutaris veritatis, & morū disciplinæ, a omni
creature prædicari iussit: perspiciensque hanc
veritatem, & disciplinam contineri in libris
scriptis, & sine scripto traditionib. que ipsius
Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis A-
postolis, Spiritu sancto dictante, quasi per ma-
nus traditæ, ad nos usq; peruenérunt, orthodo-
xorum Patrum exempla secuta, oēs libros tam
veteris, quam noui Testamēti, cum utriusque
vnuis Deus sit auctor, necnō traditiones ipsas,
tum ad fidem, tum ad mores pertinētes, tam-
quā vel oretensis à Christo, vel à Spiritu san-
cto dictatas, & cōtinua successione in Ecclesia
Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac
reuerentia suscipit, & veneratur. Sacrōrū ve-
rō librōrum b Indicem huic decreto adscriben-
dū censuit; ne cui dubitatio suboriri possit, qui
nam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt
vero intranscripti, Testamenti veteris quinque
Moyſi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Nu-
meri, Deuteronomiū, Iosue, Iudicū, Ruth, qua-
tuor Regū, duo Paralipomenon, Esdræ primus,
& secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias,
Iudith, Hester, Iob, Psalteriū Davidicum 150.
Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum
canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaías,
Hieremias cū Baruch, Ezechiel, Daniel, duo-
decim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel,
Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naū, Abacuc,*

Sopho-

Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo
Machabæorū, primus & secundus. Testamenti
noui, quattuor Euangelia, secundū Mattheum,
Marcum, Lucam, & Ioannē: Aetius Apostolorū
à Lucia Euangelista conscripsi: quatuordecim
Epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duo ad
Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philip-
penses, ad Colloſſenses, due ad Thessalonicēses,
due ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonē
ad Hebreos: Petri Apostoli due, Ioannis Apo-
stoli tres, Iacobi Apostoli una, Iude Apostoli
una, & Apocalypſis Ioannis Apostoli. Si quis
autem libros ipſos integros cum omnibus suis
partibus, prout in Ecclesia Catholica legi con-
ſueuerūt, & in veteri vulgata Latina editio-
ne habentur, pro sacrīs, & canonicis non ſuscep-
perit, & traditiones prædictas sciens & pru-
dens contempſerit, anathema ſit. Omnes itaque
intelligant, quo ordine, & via ipſa Synodus,
post iactum fidei confessionis fundamentū, ſit
progressura, & quib. potiſſimum testimonijſ,
ac præſidijs in confirmandis dogmatibus, &
inſtaurandis in Ecclesia moribus, ſit uſura.

Decretum de editione & uſu ſacrorum
librorum.

In ſuper eadem Sacroſancta Synodus cōſide-
rans, non parū utilitatis accedere poſſe Eccle-
ſie Dei, ſi ex omnib. Latinis editionibus, que
circumferuntur, ſacrorum librorum, quenam